



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MDLX. ad annum MDCXXIII.

Parisiis, 1644

Sixti papæ V. vita.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15522

LII
ANNO
CHRISTI
1585.VITA
SIXTI PAPÆ V.

SIXTUS obscuris parentibus apud opidum montis Altii in marchionatu Anconitano natus, & Felicis nomine vocatus; adolescens ad institutum Franciscanorum, quos Conuentuales vocant, transiit. Cumque in ordine eos fecisset progressus, ut egregiam eruditionem cum singulari eloquentia compararet, magistralique laurea decoratur, ex vicario generali ordinis sui, ex cardinale episcopo sanctæ Agathæ, in demortui Gregorii locum 24. Aprilis anno 1585. pontifex suffectus Kalendis Maii solenniter coronatus fuit. Ut vero pontificis partes felicius sustineret, indicto vniuersali iubileo diuinam opem implorauit. Iaponiæ principes magnifico & regio apparatu, quamdiu Romæ morati sunt, fouit, & amplis congiariis honoratos dimisit. Cumque initio pontificatus sui Italia nefariorum prædonum, exulumque incursionibus misere vexaretur, vsque adeo seuerum, imo vero terribilem & tremendum se præbuit animaduersorem, vt postmodum magna quiete & libertate, nedum Roma, verum etiam Italia frueretur. Vrbem ædificiis exornando omnes antecessores suos longo interuallo post se reliquit. Tria palatia ædificauit, vnum in Vinea, alterum ad Montem caballum, tertium in Laterano. Obeliscum altitudinis 114. palmarum vltra basin, antiquæ superstitionis monumentum, a Vaticano in medianam sancti Petri aream translatum Christo dedicauit, aliasque vetustate sepultos, alterum apud sanctam Mariam Maiores, alterum ad Lateranum, tandem iuxta sanctam Mariam De populo erexit. Sacellum egregia architectura extruxit, ad quod Saluatoris nostri præsepe transtulit. Xenodochium seu hospitale ædificatum & perpetuo censu dotatum pauperibus alendis nuncupauit. Bibliothecam Vaticanam in splendidiorem, commodioremque locum transtulit, eamque mirifice auxit & illustrauit. Ecclesiam sancti Hieronymi Illyricæ nationi construxit. Aquam Felicem seu fontem in Quirinali deduxit, & varios alias fontes publicæ com-

*Concil. Tom. 36.**Sixtus quando pontifex?**Acta Sixti.**Ædificia
Sixti.**Ecccij*

moditati direxit. Lauacrum ex aqua Felici prope viam
 Piam muris cinctum mulierculis pauperibus ædificauit.
 Vias nouas amplissimas aperuit & complanauit. In Late-
 rano locum diuersis picturis concinnatum ad populo be-
 nedicendum destinauit. Scalam sanctam precioſo ſaluta-
 rique Christi ſanguine conſpersam in nobiliorem locum
 tranſtulit, ac præclaris ornamentis ad excitandam pie-
 tatem inſigniuit. Aedem sanctæ Sabinæ ſacram reparauit.
 Tholum quem vulgo cupulam vocant, incredibili ſum-
 ptu perfecit. Vrbi tam multa præſtitit, vt eam non exor-
 nasse modo, ſed etiam renouaffe merito ceneſatur. Mon-
 tem Altum muris vndique ſeptum ciuitatis honore &
 epifcopali dignitate donauit. Lauretum toto terrarum
 orbe celeberrimum in ciuitatem epifcopalem, & eccle-
 ſiam cathedralē erexit. Super verticem columnæ Tra-
 ianæ, teste Baronio, præclarissimum Christianæ religio-
 ni monumentum, principis apoftolorum Petri ingentem
 æneam magna impensa, ſtudioque conflatam ſtatuam,
 inauratamque ſacris ritibus ſolenniter collocauit. Prone-
 potes ſuos nobiliffimis Columnenſium & Vrſinorum fa-
 miiliis matrimonii foedere coniunxit. Ac tametsi in omni-
 bus ſupradiictis incredibilem auri vim inſumpferit, tamen
 expeditioni terraſe sanctæ, quam meditabatur, tantas opes
 congeffit, vt ſumma quinque myriadum auri in publi-
 cum ararium illata fit. Decreuit ne plures quam ſeptua-
 ginta ſimul eſſent cardinales, atque inter illos ad mini-
 mum quatuor theologiæ doctores, qui ex ordinibus re-
 gularium Mendicantium affumerentur: & quod non alio
 quam iejuniorum mensis Decembris tempore crearen-
 tur. Cardinales diuersis temporibus triginta tres creauit.
 Sanctum Bonauenturam, doctorem ecclesiæ nomina-
 ri, eiusque festum ſub officio dupliſi celebrari mandauit.
 Varia ſanctorum festa in Kalendarium retulit. Græcam
 ſeptuaginta duorum Interpretum editionem pene anti-
 quatam, eamdemque Latine redditam, magno cum labo-
 re Antonii Carafæ sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalis
 bibliothecarii emendatam, ac perpolitam merito com-
 probauit, affixoque in fronte eius ſacro diplomate ma-
 gnopere laudauit. Inopinato morbo correptus, adempta
 ſtatim loquela, e vita excessit 27. Augufti, anno 1590.

Decreta.

Obitus.

V R B A N I P A P A E V I I . V I T A . 773

Sepultus est apud sanctum Petrum, cum annos quinque, menses quatuor, dies tres pontificatum tenuisset. Vacauit sedes dies 18.

ANNO
CHRISTI
1590.

V I T A

V R B A N I P A P A E V I I .

VR B A N V S septimus, Ioannes Baptista Castaneus ante pontificatum nominatus, Romæ patre Cosmo Genuensi natus; in Hispania nuntii apostolici munere magna cum laude perfunctus, a Gregorio XIII. cardinalis sancti Marcelli creatus, & ad Bononiensem legationem destinatus; Sixto tandem in pontificatu successit xv. Septembris, anno Domini 1590. tempore Rodulphi II. imperatoris. Natura fuit mansuetus, vita inculpatæ, & morum sanctimonia clarus: complexione tamen melancholica, & ad morbum inclinante. Pontificatum ultra ii. dies non prostravit. Post eius obitum sedes apostolica duos menses & nouem dies vacauit.

ANNO
CHRISTI
1590.

V I T A

G R E G O R I I P A P A E X I V .

GREGORIUS XIV. Franciscum Sfondratum senatum Mediolanensem patrem habuit, & Nicolai nomen in sacro fonte consecutus est. Optimarum disciplinarum & iurisprudentiarum studio Perusii & Patauii non pœnitendam operam dedit. A Pio IV. episcopus Cremonensis, & a Gregorio XIII. cardinalis creatus, ac tandem Urbano ad feliciorem vitam translato, post duorum & amplius mensium interregnum 5. Decembris, anno 1590. tempore Rodulphi II. imperatoris ad pontificatus fastigium pertigit. In grati animi & obseruantiae in Gregorium XIII. significationem, Gregorius voluit appellari. Eius pontificatus ad 15. Octobris anni sequentis, dumtaxat per menses decem & dies totidem, fuit continuatus. Quo factum est, ut optima quæque consilia, quæ animo conceperat, & quorum expectatione multos sustentabat, exequi non va-

E c c e i i j

